De penitētib⁹[k] quoq̄ȝ querit̄

a ¶ Si ſeruitia. Id eſt ſeruientes.

b ¶ Cibos. Et eſt hoc ꝓpter enormitatē delicti:tamen ipſam excōmunicatā non debet vitare, † xj.q.iij. quoniā multos.quod forte falſum eſt.

¶ Nūc autē. ¶ Hec eſt.v.pars.q.in qua dicit̄ qd̄ hic ⁊ in ſequē.ca.continet̄. Io.de fan.

Hoc ipſum. ¶ Caſus. Q: peccator poſt ſeptēnē penitētiā ad priſtinū ſtatum reſtituitur,hoc non ex carnali arbitrio,ſʒ ex diuina ſententia ſancti p̄res ſanxerunt.qd̄ ꝓbat̄ exēplo ſororis Aaron que propter murmurationem quaʒ fecit aduerſ⁹ Moyſen,eiecta fuit extra caſtra ſeptem dieb⁹, vt mūdaretur: ꝑ qd̄ notat̄ q̄ ſeptē annis dʒ aliquis penitere anteq̄ȝ in ſtatū priſtinum reuertat̄. In ſcd̄a parte dr̄ q̄ cū in geſtis conciliorū diuerſa inuenit̄ ſententia vel opinio:illius ſentētia teneatur cui⁹ antiquior et potior extat authoritas. Secūda ibi:In fine autem epiſtole.

c ¶ Precepit. Id eſt permiſit poſt ſeptem annos.ſ̄.diſtin.lxxxij. preſbyter contra.ſed varietas canonuʒ eſt in penis infligendis,⁊ penitētie ſūt arbitrarie:vt.xxvj q.vij.tempora. et in his minor penitentia eſt amplectenda.ff.de arbi. diem proferre.§.ſi plures.⁊.l.non diſtinguemus.in p̄n. et diſt.l.eos vero.

d ¶ Nā legit̄. Licet olim peccatū murmurationis non mulctaret̄ morte:hodie tn̄ repellit (vt dicit Hu.)a ꝓmotāſeptētione:arg.xc,diſt.alien⁹.qr nec oīa nec ſola ⁊c̄.vt notaui. liiij.diſt.multos. Hic inſerit̄ vna ratio q̄re ſeptēnis penitētia imponat̄:qr Maria ⁊c̄. Theologi aliter aſſignant: vt ſicut ꝓpter peccatū ſeptiformis ſpirit⁹ ſancti gratiam amiſit,ita per penitētiā ſeptēne eam recuperet.

e ¶ Cuius antiquior. Simile.ſ̄.l,diſt.dn̄o ſancto.in fi. vbi de hoc dixi.

¶ Hoc autē q̄ȝq̄ȝ. ¶ Caſus. Dicit Gratian⁹ q̄ lʒ videat̄ dictū q̄ ſacerdotes ſpecial'r debeāt facere ſeptēnē penitentiā:hoc tamē generaliter ad omnes extēdit̄:vt ꝓbat̄ exemplo Dauid qui ad imitationē dn̄i ſententie de adulterio ⁊ homicidio,ſeptem diebus penituit.vnde poſtea eccleſia habuit in vſu vt ꝑ mortali peccato ſeptēnis penitentia fieret:niſi enormitas delicti vel dignitas officij maiorem fieri exigat. In ſequenti autem.§.dicit q̄ penitentes matrimonia ꝯtrahere prohibentur:⁊ ad hoc inducit ſequens ca.dominice ſententie Maria ſcilicet:vt.ſ̄.ca. proximo.

f ¶ Dauid de adulterio. Legit̄ i libro Regum.ij.capi.xij. q̄ Nathan ꝓpheta cū redargueret Dauid de adulterio ⁊ homicidio,deſcēdit de ſolio,et grauiter eſt ꝯtrit⁹:⁊ dixit Nathan. Tranſtulit dominus peccatuʒ tuū:veruntamē filius qui natus eſt morietur. Percuſſit ergo dn̄s paruulum vſq̄ȝ ad vite deſperationem, et pro paruulo ieiunauit Dauid,et noluit ꝯſolari. Accidit autem die ſeptimo vt moreret̄ infans:et videns Dauid ſeruos vlulantes,intellexit q̄ mortuus eſſet:qui lota facie et mutata veſte, intrauit domum dn̄i,⁊ adorauit:et exhilaratus,redijt domum ſuam.

g ¶ Uſurpatū. i. vſu habitum.

h ¶ Ut maiorum. Supra.xxij.q.j.ꝑdicandum.

i ¶ Excellentia. Ut.ſ̄.lxxxij.diſtin. preſbyter.et.xxij. q.j.deuotā.ſ̄.xxiij q.j.ſi quis dederit. tamen omnia iſta ſunt in arbitrio ſacerdotis.xxvj.q.vij. tempora. Unde canones non ponunt menſuram penitētie:ſed omnia hec arbitrio ſacerdotis relinquunt̄:vt.j.de peni.diſt,j.menſuram.

¶ De penitentibus quoq̄ȝ. ¶ Hec eſt ſexta pars queſtionis in qua queritur vtrum penitentes ſolenniter poſſunt contrahere? Et dic q̄ non debent,niſi eſſent iuuenes:ſi tamen contrahunt,tenet matrimonium. Joannes de fan.

k ¶ De penitentibus. Hic mouet magiſter quandā incidentem queſtionem:an poſt ſolennem penitētiam poſſit contrahi matrimonium? Et tres ſunt opiniones de ſolēniter penitentibus. Quidam dicunt q̄ nullus ſolēniter penitens poteſt contrahere niſi ex diſpenſatione.j.eo.an moniti,quia intelligunt vouiſſe,⁊ ſic intelligunt capitu.j. Ꝯhere.

[Left margin notes:] † Idem ſentit h.l.cui⁹ initium iſta glo.de.hoc no.xxvij.q.j.de fi. ſta. Ar. — x.ps. — iiij.ps. — Nue.xij.c. — † Sup hoc videas qd̄ not.xxx.q.j.oēs in glo.nō not.⁊c. Arch. — Penitē: aſeptētione: no eſt ꝑ mortalia ipo: nēda.

[Right margin notes:] Additio. — ij.Re.xij. — Penitētie menſura ꝑ canones nō ponit̄. — Penitens ſolēniter an poſſit poſtea mr̄imoniū ꝯhere.

eo.de his,penitens em̄ ſemper viuit ſub regula eccleſiaſtica: vt de pe.diſt.v.cōtrarium. h.vero dicit ꝙ quilibet penitēs poteſt ꝯtrahere,niſi tantū in tribus caſibus: puta pro vxoricidio: vel niſi iniunctum hoc ſit ei nomine penitentie: vel pro raptu ſponſe alterius,vel pro inceſtu. Adhuc tamen excipit adoleſcentes qui (vt dicit) de iure cōi poſſunt contrahere. Ideo autem in tribus his caſibus prohibet̄: quia in his contaminatur matrimoniū. Alij tamē ponunt quinqꝫ caſus in quibus poſt ſolennem penitētiam non licet contrahere. vnus eſt pro inceſtu: vt.xxxij.q.vij.ſi quis vidua. Item pro vxoricidio.ſ.eo.interfectores. Item ꝓ raptu ſpōſe alterius.xxvij.q.ij.ſtatutū.nec cōtradicit.xxxvj.q.ij.tria. Nam ibi illa nō erat ſpōſa. Item pro concubitu cum moniali.xxvij.qō.j.vt lex. Itē pro homicidio pſbyteri: vt ex̄ de peni.& re.q̄ preſbyterum. Item ꝓ eo ꝙ doloſe ſuſcepit filium de ſacro fonte.xxx.qōe.j.de eo. Et dicunt quidam ꝙ ſi iſti contrahāt nō tenet matrimoniū,ar.ſ.eo.interfectores. Si tamen tales ſint q̄ nō poſſunt cōtinere,de licētia epi poſſūt cōtrahere,& conſenſus epi facit matrimoniū taliū tenere: vt.j.e.ca.vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere,licet prohibeāt̄ur contrahere,niſi apponat̄ in conſtitutione ꝙ ſi cōtraxerint ſeparentur. † quod credo verum.ad hoc facit ex̄ de preben.ca.dilecto.

Canon penitentialis.

an eis general̄r poſt penitētiā peractā cōiugia cōcedant̄. generaliter em̄ canonica authoritate ꝓhibent̄ penitētes ad ſecularē militiam redire,vel matrimonia contrahere.

Unde Siricius papa.

¶ Penitētes matrimonia cōtrahere prohibentur.

De his vero non incongrue dilectio tua ſedez apoſtolicam credidit conſulendam q̄ acta penitētia tanq̄ canes & ſues ad vomit⁹ priſtinos & volutabra redeuntes: & militie[a] cingulū,& lubricas voluptates,& noua coniugia,et inhibitos denuo appetiuere concubitus: quoꝝ improfeſſam continentiā generati poſt abſolutionē filij ꝓdiderunt[b]: de quibus qꝛ iam ſuffugiū nō habēt penitēdi,id duxim⁹ decernendū,vt ſola intra eccleſiā fidelibus oratione iungant̄: [c] ſacris myſterioꝝ celebritatib⁹ (q̄uis nō mereant̄) interſint: a dominice autē mēſe ꝯuiuio ſegregent̄ vt hac ſaltem diſtrictione correcti,& ipſi in ſe ſua errata caſtigēt,& alijs exēplū tribuāt q̄ten⁹ ab obſcenis cupiditatib⁹ retrahant̄: qb⁹ tn̄ (qm̄ carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere cū ad dominū ceperit proficiſci,per cōmunionis gratiā volum⁹ ſubueniri: quā formā et circa mulieres[d] q̄ ſe poſt penitentiā talib⁹ pollutionib⁹ deuinxerunt,eſſe ſeruandam cenſem⁹. Sed quia timore ſoluendi coniugij nonnulli ad penitentiā accedere differūt,vel ꝓpter lapſum adoleſcētie quē formidant,penitētie remediū ſuſcipere negligūt: ideo authoritate canonica permittit̄ eis,vel contracta matrimonia retinere,vel alia contrahere[e].

Unde Leo papa galerio epō Tripolitano ſcribit.

¶ Ex indulgentia coniugia poſt penitentiam legitimā nō negentur.

Audiuimus[f] a quibuſdā ꝙ in veſtris dioceſibus ac finib⁹ chriſtianoꝝ cet⁹ leui occaſione ſe ſubtrahunt penitētie iugo,dicētes ꝙ ſi penitentiā agim⁹,ꝯiugij debemus relinquere copulam. in quo errant,& de veritatis calle diſcedūt: qꝛ ꝓ oīb⁹ illicitꝫ penitentiā vnuſqſqꝫ Chriſti nominis cultor ſuſtinere ac peragere ſummopere dꝫ dicēte dn̄o: Penitētiā agite,appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. ꝯiugiū vero legitimū nulli orthodoxoꝝ penitētiā ſuſtinēti ſoluere lꝫ,& infra.

¶ Adh⁹ facit expreſſe qō le.et no.ex̄ d deſpō.ipu.ad diſſoluē dū.in fi.Archi.

De his. ¶ Caſus. Quidā poſt acceptā ſolēnē penitentiā ad militiā redeūt ſecularē. Alij viuūt incontinenter,vt per filios male genitos apparet: de quib⁹ ita ſtatuit̄ vt q̄uis non poſſint iterum ſolēniter penitere: tamen eccleſias intrant,& admittunt̄ ad ſacramētū: ſed nō ad communionē niſi in fine vite. Quod autē de viris dicitur,eſt de mulieribus ſimiliter intelligendum. | Improfeſſam.i.male profeſſam.

¶ De his. hoc ca.poteſt intelligi de penitente ſolenniter pro aliquo predictorum criminum,et tunc dic improfeſſam.i.incontinentiam male profeſſam.i.non ſeruatā. Et ꝙ poſtea dicit non habēt ſuffugium penitendi: verū eſt ꝙ ſolēnis penitētia non iteratur.l.diſt.§.poteſt.licet Gra.innuat ꝯtrariū.j.de pe.diſt.iij.§.ex perſona. Poteſt etiā hoc ca.intelligi de his q̄ votum emiſerunt,& poſt cōtraxerunt,nec tenuit matrimonium,& tunc dicit improfeſſam.i.male ꝓfeſſam. Et dic ꝙ non habēt ſuffugiū penitendi.i.contra ꝓfeſſionem ſuam veniendi. omnia alia plana ſunt.

a ¶ Et militie.ſꝫ nunquid ita generaliter verū eſt ꝙ ſolēniter penitens non debeat redire ad cingulum militie? Dicunt quidā hoc eſſe cōſilij: non autem precepti. et ita intelligunt de pe.diſtin.v.falſas. hoc alij intelligūt in eo caſu tantum cū eis hoc iniungit̄ in penitētia. Alij dicunt iſtud tantū eſſe intelligēdū quādo agit penitētiam ſolēnem pro crimine in militia cōmiſſo: & hoc innuit illō ca.falſas. †

Penitēs ſolēniter an poſſit ad honorē redire.

† hic ad de ꝙ no.l.diſt.ſi q̄s poſt.

b ¶ Prodiderūt. Simile.lxxxij.diſt.ꝓpoſuiſti.ſ.di.xxviij.priuſq̄.C.de epi.audiē.nemo.

c ¶ Iungantur. De peni.diſt.v.ſi q̄ vero.

d ¶ Et circa mulieres. Arg.ꝙ ſolēnis penitētia ita iniūgit̄ feminis ſicut & viris.ar.l.diſt.penitentes.j.e.q.antiqui.& q.v.penitentiā.ſ.xxvij.q.j.virginib⁹.& ca.ſi q̄s ſacro.j.eo.ca.j.

Mat.iij.a.

¶ Sed quia. ¶ Caſus. Iſte.§.reſpicit ſuperiorē.§.vel ca.ꝓrimū ſequens. Dicitur ergo hic ꝙ quidam timebāt ne ſi ſolenniter peniterent,diſſolueretur coniugium,vel ne amplius poſſent contrahere cum eſſent adoleſcētes,et ſic non penitebant: & ideo ſtatutū fuit vt poſſint in matrimonio contracto & cum alijs de nouo contrahere.& ad hoc inducit ſeq.ca.

e ¶ Contrahere. Quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto,non eſt permiſſio: licet forte ita intellexit Gratia.

Audiuim⁹. ¶ Caſus. Quidā ſtulti erāt in falſa opinione vt ſi penitētiam agerēt,oporteret eos vxores habitas relinquere. Precepit ergo Leo vt penitentiam agant,& vxores relinquere non teneantur.

f ¶ Audiuim⁹. Si hoc.c.intelligas de ꝓuata penitētia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

planũ eſt.ſi de publica,tũc loquitur de mrimonio iã ɔcto.

In adoleſcentia.¶ Caſus. Dicit̃ hic ꝙ ſi quis adoleſcẽs pro aliquo periculo imminente ſolennẽ egerit pniam:et poſtea ꝑpter lapſum carnis vxorem duxerit: nec ipſum condemnamus,nec regulã ſic faciendi in alijs cõſtituimus.

d ¶ Regulam. Finis huius ca.facit pro his qui dicunt ꝙ nec etiam iuuenis ɔhere põt:arg.ſ.eo.interfectores. h.vero Lau.ꝛ Mar.qui dicũt ꝙ iuuenis de iure cõi poteſt cõtrahere:exponũt literã,non regulã ɔſtituimus.i. non dicimus aliquid qđ erat ius cõe ante hoc:immo contra ius cõe:quia de iure cõi nec adoleſcẽs poterat ɔtrahere ante hoc.

a ¶ In adoleſcẽtia. hoc ca.dupl'r põt itelligi. Primo de eo ſoluto q̃ egit ſolennem penitentiam pro aliquo dictorũ criminũ:poſt cõtrahit.et ſm hoc facit ſta.mentionem de hoc.ſ.eo.interfectores. nec fit mẽtio de hoc.j.eo.antiqui.ſed de alia conſtitutione Leonis quam non habemus:cũ illud antiqui.de coniuncto in matrimonio intelligat̃ qui tale quid commiſit propter qđ egit ſolennem pniam pro aliquo predictoꝝ criminum: de quo ibi dicitur ꝙ debet vti vxore ſua quouſqꝫ poſſit ſeruare continentiam. Uel põt intelligi de iam cõiuncto:ꝛ ſm hoc fit de hoc mentio.j.e.antiqui.ſꝫ de qua fit mentio.ſ.e.interfectores.iteruꝫ neſcim⁹. Secũdus caſus repugnat illi litere copulã vxoris elegerit:ſed expone ibi.i.exegerit carnale debitum. poſſet tñ intelligi illud ca.antiqui.et illud interfectores, ꝙ facerent ambo mentionem de hoc ca.in adoleſcẽtia. ita ſcꝫ qđ illud antiqui.itelligatur de coniungẽdi.ꝛ ſm hoc lr̃a poſita in ca.antiqui.ita dꝫ exponi:cõiugatus.i.cõiungẽdus redeat ad priſtinũ cõiugiũ, id eſt cõtrahat cõiugiũ qđ antea ɔtrahere potuiſſet iure ſi non peccaſſet:ſed nunc ex diſpenſatione. Jo.

Caligo dicitur vmbra nebula de ſpiſſitudine aeris facta: dicta ꝙ nubis aeris caligine ſignatur ſi̇ē caligare.i.obſcurare.et caligi noſus. pa.

viij.ps Canon pniat.

Sacris eos vos expedit eloquijs edocere,vt ab erroꝛis eripiantur caligine: et licitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis penitentiam agere procurent.

Item Leo papa quartus.

¶ Propter lapſum iuuenilis incontinentie non negẽtur penitentibus licita coniugia.

In adoleſcentia[a] conſtitutus ſi vigẽte aut metu mortis[b],aut captiuitatis periculo,pniam[c] geſſerit,et poſt ea timẽs lapſum incõtinentie iuuenilis,copulam vxoꝛis elegerit,ne crimen foꝛnicationis incurreret:rem videtur feciſſe venialem:ſi preter cõiugẽ nullam om̃ino cognouerit:in quo tamẽ regulã[d] nõ cõſtituimus: ſed quid ſit tolerabili⁹ eſtimamus[e]. Item Nicolaus papa Radulpho epõ ſancte eccleſie argentee Retenſis.

¶ Hec eſt pnia imponenda ei qui matrem occiderit.

Latoꝛem preſentiũ matricidam eſſe cognouimus:cui p̃cipimus vt ſub pnie iugo ꝑmaneat:ita vt ꝑ annuꝫ integrũ eccleſiã nõ ingrediat̃ ſed ante foꝛes baſilice ſtans, oꝛans ꝛ depꝛecans deum pſeueret:qualiter tanto eripiatur piaculo cõpleto vero anni circulo,introeundi in eccleſiã licentiã habeat:tñ iter audientes ſtet:ſed nondũ cõicet completis autẽ triũ annoꝛũ curriculis,ſacre cõionis ei gr̃a concedat̃:oblationes vero nõ offerat niſi[f] prius alioꝛũ ſeptẽ annoꝛum curricula expleantur. His aũt oĩb⁹ annis atqꝫ tpibus carnẽ nõ mãducet:nec vinum bibere p̃ſumat: exceptis feſtiuis dieb⁹ atqꝫ dñicis: et a paſcha vſqꝫ ad pentecoſtẽ. Et quocũqꝫ ire voluerit,nullo vehiculo deducatur, ſꝫ pedibus pꝛoficiſcatur:arma[g] nõ ſumat niſi contra paganos. Jeiunet aũt tribus diebus per hebdomadã vſqꝫ ad veſperã[h]:a propria ac legitima cõiuge non ſeparet̃:ne in foꝛnicationis voꝛaginẽ coꝛruat: qđ ne fiat optamus. Si aũt ante annoꝛũ triũ curſum finis vite illius appꝛopinq̃uerit,coꝛpis et ſanguinis dñi nr̃i ꝑticeps fiat.ſin autẽ vt ſupꝛa ſtatuim⁹ efficiat̃.tñ ſi illius cõuerſionẽ[i],et lachꝛymarum fontẽ in omnibus videritis floꝛidis actionibus et optimis operib⁹ pullulare:humanius circa eũ ſolicitudo peruigil appareat,mitiſqꝫ in oĩbus demonſtretur. Item.

¶ Poſt dignã pniam adoleſcetib⁹ ꝑmittũt̃ licita cõiugia.

Si qs cũ duab⁹ ſoroꝛib⁹ fuerit foꝛnicat⁹ aut cuꝫ

e ¶ Eſtimamus. Conſtituendo ſcilꝫ qđ modo tolerabilius eſt ꝙ̃ eius contrariũ conſtituẽdo cõtra ius cõmune. — et hoc etiaꝫ dt h.ꝛ Jo an.d.f.

Latorem preſentiũ. ¶ Hec eſt.vij.pars queſtionis in qua dicit̃ qual'r punit̃ mr̃icida. Jo.de fan.

¶ Caſus. Iſte matrem interfecerat: nunc papa in hoc ca.imponit ei penitentiam. Uel oſtendit quã penitentiã epũs ſuus debeat ei imponere.

f ¶ Niſi prius. Arg.cõceſſo maioꝛi inhiberi minus: argu.l.diſt.ca.placuit.ar.xvij.q.iiij. miroꝛ.et ex̃ de toꝛnea.ca.j.Arg.contra.xcv.diſt.illud. ꝛ qui indignus eſt minoꝛe, et maioꝛi. ff.de ſena.qui indignus.et cui interdicitur pomeriũ ciuitatis,ꝛ ipſa ciuitas.ff.de ſeruis expoꝛ.cui.

Pomerio interdicto interdicitur ciuitas.

g ¶ Arma.amittit ergo feudũ,cuꝫ dominũ iuuare nõ poſſit:ꝛ ſibi hoc imputet:q̃a ex culpa ſua hoc damnũ incurrit.xv.q̃õe.j.ſane,arg.xvij.q.iiij. vxoꝛ.ff.de reg.iur. quod quis ex culpa.ꝛ hoc eſt verum:niſi tale ſit feudum in quo per aliũ ſeruire poſſit.tunc eñ ſeruiat ꝑ ſubſtitutum.C.de epiſ.ꝛ cle.quiſquis.ꝛ.xciiij.diſt.valde.

viij.ps

Uaſallus põt ſeruire qñqꝫ ꝑ ſubſtitutum.

h ¶ Ad veſperam.j.de conſe.diſt.j.ſolent. Jo.

i ¶ Conuerſionẽ. Poteſt ergo epũs cauſa cognita relaxare de pnia quam papa impoſuit.eadem ratione ꝛ clericus de ea quã epũs impoſuit. ſed dic ꝙ papa licentiam dedit de hoc. Item nũquid ille cui papa penitẽtiam impoſuit poteſt ingredi monaſterium?ſic.arg.ſ.eo.admonere,et de peni.diſt.v.ſi quis.

Pniam a papa impoſitã põt epũs ex cã relaxare.

Si quis cum duabus. ¶ Hec eſt.viij.pars.q.in qua pꝛobat ꝙ omnes inceſtuoſi et homicide ſi cõtrahãt tenet matrimonium. Jo.de fan.

a ¶ In adoleſcentia. Argu.ꝙ ratione etatis facilius diſpenſatur.l.diſt.penitentes.xxxv.q.vj.ſi duo.

b ¶ Metu mortis. Cum volebat eſſe in bello,non intellige pro infirmitate.arg.xxvj.q.vij.ca.j.

c ¶ Penitentiam.i.nõ expleant̃ ſeptem anni cõputato primo ex quo penitens cepit agere penitentiam.

c ¶ Penitentiam. Arg.contra.ſ.l.diſt.penitentes. Ibi eñ dr̃ ꝙ ſolẽnis pnia non de facili iuuenibus imponẽda eſt.non eſt contra:q: illud bene concedo. Jo.

Penitẽtia ſolẽnis non de facili iuuenib⁹ imponit̃.

Inceſtuoſus an poſſit mrīmoniū ɔtrahere.

a ¶ Penitentiam. Hec eſt opinio quorundā: φ quilibet inceſtus (niſi in adoleſcēte) impedit matrimoniū. xxxiij. q.ij. ca. penul. Poteſt tamen epš dare licētiam inceſtuoſo vt contrahat diſpenſatiue. al's cōtrahendo nihil agit. veruntamen videat epš cum quo diſpenſet: quia cū eo tm̄ debet diſpenſare qui ɔtinere non pōt. Sed qualiter conſtabit hoc epo? per famā vicinorum. extra qui cleri. vel vo. ſignificauit.

homicidium. immo et per maleficiū corpus viri efficitur principis. arg. ff. de capi. dimi. per totum.

Antiqui. ¶ Hec eſt. x. pars queſtionis, in qua Gratianus redit ad penitentes. Jo. de fan.

¶ Caſus. Si quis coniugatus ſolēniter egerit pniam: ſi cōtinere nō pōt, ad cōiugium priſtinū reuertatur, donec erit in etate in qua poterit meli⁹ continere. Idem dicendum eſt de penitēte vxore: qđ quidē ex indulgentia eſt ſtatutum: et ſi penitens ſupuiuerit nō contraheret: alius vero ſic.

his pſonis de quibus ſctā ſcriptura phibet: ſi dignā egerit pniam[a], et caſtitatis nō valuerit cōtinētiam ſuſtinere, liceat ei legitimā in coniugio vxorē[b] accipere. ſimiliter et mulieri que tali fuerit ſcelere lapſa vt fornicationis nō perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus ſolummodo ſtatuimus. Item.

¶ Puniatur qui hec crimina committit: nō tamen legitimam dimittat vxorem.

Si qs cū mre fornicat⁹ fuerit ſpūali anathematis (vt ſcitis) percutitur[c] ictib⁹ ſimiliter[d] autē et illū pcutere pmulgamus, qui cū ea quā de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa quā ante epm tenuerit cū ſacro chriſmate fuerit vncta, fornicatiōis ppetrauerit ſcelus: legitimā tm̄ ſi habuit non dimittat vxorem.

Quos em̄[e] de⁹ cōiūxit, iudex ſua authoritate ſeparare non debet: quamquam Iſidorus hoc aliter[f] intelligat dicens.

¶ Nō homo ſeparat quos pena condemnat.

Quos de⁹ cōiūxit, homo non ſeparet. q̄ris quō? ſubaudi, violenter, ſine lege, abſqȝ rōne[g], quos de⁹ cōiūxit homo nō ſeparet. non em̄[h] homo ſeparat quos pena condē nat: quos reat⁹ accuſat: quos maleficiū coarctat. Uerū ex hoc pro his dictū intelligit, quos iudices ſeculi pro ſuis ſceleribus legū ſeueritate percellūt quos vel morte puniūt: vel deportari iubent. Item ex cōcil. Tole. viij.

¶ De eodem.

Antiqui[i] et ſanctiſſimi Leonis pape hec eſt ſententia[k]: vt is qui in etatis adoleſcētia poſitus dum mortis formidat occaſum: ſi peruenerit ad penitentie remedium: ſi coniugatus forte fuerit incontinēs, ne poſtea adulterij lapſum incurrat, redeat ad coniugiū priſtinū, quouſqȝ poſſit adipiſci tpis maturitate continentie ſtatum: quod nos vt de viris, ita et de feminis eq̊ modo cenſemus: non quidem hoc generaliter[l] et canonice eſt preceptum: ſed conſtat vobis p humana fragilitate indultum[m]: ea dūtaxat ratione, vt ſi is qui penitētie nō eſt legibus deditus, antea ab hac vita deceſſerit q̄ȝ ex cōi conſenſu ad cōtinentiā vnus eorum[n] fuerit regreſſus, ſuperſtiti[o] non liceat denuo trāſire[p] ad vxoris amplexus. ſi autem illius vita ſuperſtes extiterit, qui non acceperit abſolutionem[q] penitentis, nubat ſi ſe continere non poteſt: et alterius conſortio fruatur vxoris: quod in vtroqȝ ſexu pari modo a nobis manifeſtum eſt eſſe decretum, ita videlicet[r] vt in omnibus ſacerdotis expectetur ordinatio[ſ]: vt iuxta quod etatē aptam perſpexerit, penitentie abſolutiōis tribuat legem.

b ¶ Uxorem. Supra. xxvij. q. ij. qui dormierit. cōtra. ſ. proxi. q. vij. concubuiſti. cōtra. Sol. hic ignorans, ibi ſciens fuit. Uel hic loquit de illis quarū neutra fuit vxor vel ſponſa. h. ſed hec ſolutio reprobat p illud. ī. xxxv. q. iij. ſi quis cū matre. q: illud de ſimplici fornicatiōe intelligitur: quod patet. xxxiij. q. ij. §. ð ſimpliciter. Uel hic de diſpēſatione eccleſie, vel lenitate miſericordie: ibi de rigore.

Si quis. &c.

c ¶ Percutitur. Niſi admonitus peniteret, xj. q. iij. certum.

d ¶ Similiter. xxx. q. j. omnis. argu. l. diſt. ponderet.

¶ Quod ei. ¶ Hec eſt. ix. pars qōnis: ſm Jo. de fan.

e ¶ Quos enim. Gra. nō intelligēs cap. ſequens deceptus eſt: argu. illi⁹ capit. xxxiij. q. ij. ſi quis neceſſitate. et C. de repu. l. j. ſubuertit hoc ca. et §. ſequen. ac ſi eſſet alia cauſa pter fornicationem pp̄ter quam quis ab vxore valeat ſeparari vt deportatio.

i ¶ Antiqui. Si intelligas hoc cap. de matrimonio cōtracto, tunc eſt hic arg. pro illis qui dicunt φ ſolenniter penitens intelligitur vouere. Si intelligas de matrimonio ɔhēdo, tūc expone redeat ad priſtinū cōiugiū. i. quod cōtraxit poſt penitentiā: a quo p ſuggeſtionem aliquorum receſſerat. Item habes hic φ q̄nqȝ diſpēſatur in vno matrimonio, nō tamen in ſecūdo: ſicut qȝ i vno diſpēſat in vno ordine, non tamen in alio: tamen in ſecūdo: vt. xij. diſt. in ſecūdo. nos cōſuetudinē.

k ¶ Sententia. i. cōſtitutio. Sȝ vbi ſit dixi. ſ. c. in adoleſcentia.

l ¶ Generaliter. Id eſt non φ ante hoc eſſet ius commune, put dixi in ca. in adoleſcētia.

m ¶ Indultū. A Leone papa.

n ¶ Un⁹ eorum. Penitens ſcilicet.

o ¶ Superſtiti. Id eſt penitenti.

p ¶ Transire. argu. φ ſublato impedimento id debet fieri qđ eo impediebatur ne fieret.

f ¶ Hoc aliter. Nō eſt verum φ aliter: ſed hoc dicit vt indicat ſequens capitulum.

Quos deus. ¶ Caſus. Homo ſine ratione ſeparare non poteſt quos deus coniunxit: vbi vero lex occidit: non ſeparat homo, ſed lex.

g ¶ Abſqȝ rōne. Per hoc ca. ſolue gn̄ale illud. xxxj. q. j. quod ſi dormierit. et. ij. q. v. conſuluiſti.

h ¶ Non em̄ homo ſeparat, ſed lex. Sile. xxiij. qō. v. ſi

q ¶ Abſolutionem. Id eſt penitētiam per quam habet abſolutionem. i. quia non peccauerit.

r ¶ Ita videlicet. Id eſt in adoleſcentibus.

ſ ¶ Ordinatio. Nota φ ordinatio iſta attenditur circa hoc vtrum adoleſcentibus debeat indici penitētia ſolennis: non vtrum debeant contrahere: quia de iure cōmuni poſſunt: vt. ſ. eo. in adoleſcentia.

Chaos ē cōfuſio rerū. chaos greci dicūt mariaȝ celi et terre cōfuſam: ſm Papinia.

ix. ps.

x. ps.

Diſpē. in vno matrimonio, nō ſat qn̄: tm̄ in ſecūdo.

Arg. ad hoc xxj. qō. vij. qui cunqȝ. vbi dixi de hoc.

Ut xxij. diſ. erubeſcāt. et ca. ſetiatim. penitē: tia circa multa eſt attēdenda. Et eſt cō. ti. ſignificatur.

His breuiter. ¶ Caſus. Poſt incidētes queſtiones ꝓponit hic magiſter tertiā queſtionē in qua queritur an ſola cordis contritione abſq; operis ſatiſfactione, ⁊ oris confeſſione dimittatur peccatū? Et ad hāc queſtionem inſolito more pertractat, occaſione cuius tractatū de penitētia pluriū interſerit: quē in ſeptē diſtinctiones diuidendo diſpoſuit. Allegat autem Gratia. in hac queſtiōe vel diſtinctione prima alternatim ꝑ vtraq; parte: et tandem ipſam inſolutā dimittit, vt arbitrio prudi lectoris terminetur. In hac igitur diſtinctiōe tractatur an ſola cordis contritione dimittātur peccata. Et poteſt dici ꝙ ſic dei gratia interueniēte: neceſſaria tamen eſt poſtea oris confeſſio, ⁊ operis ſatiſfactio ſi fieri poſſit. alioquin peccat mortaliter ex contemptu qui hoc nō facit. In ſecūda queritur an charitas ſemel habita poſſit amitti, vel non. In tertia tractatur vtrum penitentia ſit iteranda. In quarta an peccata dimiſſa redeant. In quinta que ſint conſideranda circa penitentiā imponendam. In ſexta tractatur cui facienda ſit confeſſio. In ſeptima an penitentia timore mortis accepta ſit vtilis. Primo ergo probat ꝙ ſola contritione peccata dimittantur. Et ad hoc inducit ſequen. ca.

## ¶ Tractatus de penitentia.

### ¶ Queſtio. iij.

His breuiter decurſis in quibus extra negocij finē aliquātulum [a] euagati ſumus: ad ꝓpoſite cauſe tertiā queſtionē pertractandam (qua queritur,

### ¶ Diſtinctio .j.

Vtrum [b] ſola cordis cōtritione, ⁊ ſecreta [c] ſatiſfactione abſq; oris cōfeſſione quis poſſit deo ſatiſfacere) redeamus. Sunt [d] enim qui dicunt quemlibet criminis veniam ſine confeſſione facta eccleſie, ⁊ ſacerdotali iudicio poſſe promereri.

Item illud Ambroſij ſuper Lucam.

ſtin. due. Modus agēdi talis eſt. In prima diſt. tractatur an ſola cordis ꝯtritio deleat peccatum, vel confeſſio poſt contritionem. Baz. dixit ꝙ ſola cordis ꝯtritio non deleat peccatū vbi copia ſacerdotis habeatur, ar. j. e. ca. vi. ⁊ in hoc videtur G. declinare inducēdo. c. illud vlti. ſʒ in precedenti. §. dicat hoc eſſe lectoris arbitrio relinquendū. Sʒ queritur qd dicat. Baz. dic ꝙ nec cordis cōtritione, nec oris confeſſiōe pctm̄ dimittitur, ſʒ tm̄ gratia dei. de ꝯſe. diſtinct. iiij. nemo tollit. ſed ipſa cordis cōtritio ſignū eſt pctā eſſe dimiſſa, ſicut exterior ſatiſfactio eſt ſignū cordis cōtritionis: gr̄a em̄ precedit cōtritionem: arg. j. e. nō pōt quis. cōtritio remiſſionē vnde remiſſio eſt attribuēda gr̄e, q̄ eſt cauſa cauſe. Alij dicūt pctā ꝑ ꝯtritionē dimitti q̄ ad culpam, nō quo ad penā: vt in glo. ſeq. vtiq;. Tertij dicūt conditionalē fieri remiſſionē per cordis ꝯtritionē. In ſcd̄a diſt. tractat an charitas ſemel habita poſſit amitti. In tertia an penitētia reiterari poſſit. In quarta an peccata ſemel dimiſſa redeant. In quinta quis modus debeat obſeruari in imponenda ea ⁊ accipiēda. In ſexta cui quis debeat confiteri. In ſeptima an penitē tia timore mortis accepta ſit fructuoſa. Ideo autem in ſeptē diſt. hūc tractatū diuiſit, quia ſeptenarius numerus perfectus eſt: arg. xxxij. q. j. nuptie. in fi.

pctā vtrū deleantur ſola cōtritiōe.

Penitē tie tractatus ſeptem diſtinctiones continet.

a ¶ Aliquantulum. Quia formauit quaſdam incidentes queſtiones, ⁊ ſoluit.

Vtrū. ¶ hec diſt. pōt diuidi in. ix. partes. Quarū prima ſubdiuiditur in ſeptē partes. In prima probat ꝙ in ſola cordis contritione dimittuntur peccata: et hoc ſm Joā. de fan. Et ꝓbat per. v. ca. vſq; ad ca. ſeq. ſi quis non dicā. vbi incipit ſcd̄a pars huius prime partis. Tertia prime partis ibi: Contra. Quarta prime partis ibi: Aut facta. Quinta prime partis ibi: Cogitatio. Sexta prime partis ibi: Ex concilio. Septima prime partis ibi: Hoc idem. Jo. de fan.

b ¶ Utrum. Quia mentionem fecerat Gra. de penitentia. s. e. q. iij. admonere. ideo hic tractat de ea. Uel ita. Cum matrimoniū ſit principaliter ſacramētum laicorum, licet in minoribus ordinibus licite ꝯtrahatur: † quia tamē laicis ſolēnis penitentia debet imponi: vt. l. diſt. confirmandum. ideo hic tractatum inſerit de ea poſt tractatū matrimonij, cū ⁊ ipſa ſit ſacramētū. Nā in veteri teſta. incepit etiā ab Adā: vt. j. ea. ſerpēs. Uidendū eſt ergo qd ſit ipſa, ⁊ vnde dicatur, ⁊ que ſit ſatiſfactio: que attendātur in ea que ſint neceſſaria, ⁊ de modo agendi in iſto tractatu. Et quid ſit ipſa, habes. j. diſt. iij. penitentia. Dicitur em̄ penitentia a penitendo. j. e. diſt. tres ſunt actus. ⁊ j. diſt. iij. intantum. Quid ſit ſatiſfactio, habes. j. e. diſt. iij. ſatiſfactio. Attenduntur autem in ea ſeptem. Perſona ſiue dignitates. s. xlj. diſt. non cogantur. Cauſa: vt. xxxiij. q. v. excōmunicatorum. ‡ Itē locus, tempus, qualitas, ⁊ quātitas. j. e. diſtin. v. conſideret. Itē euentus: vt. xv. q. j. illa. In penitētia tria ſunt neceſſaria. ſ. cordis ꝯtritio, oris cōfeſſio, ⁊ operis ſatiſfactio. j. di. iij. perfecta. Sed tamē cū facultas non ſuppetit ſufficit cordis ꝯtritio. arg. xlv. di.

† Ut xxxij. diſ. erubeſcāt. ⁊ ca. ſeriatim.

penitētia circa multa eſt attēdenda.

‡ Et ex eo. ti. ſignificatur.

c ¶ Secreta. vtiq; ſola cordis ꝯtritiōe deletur pctm̄: vt. j. e. magna. ſʒ pena debetur: vt. l. diſt. ſi quis ꝑpoſtera. Et hoc verū eſt ſi ꝯfeſſio nō ꝯtēnatur cū adhiberi pōt: alias primum pctm̄ imputatur. j. e. di. agite. imo ꝯtritus nō eſt ſi ꝯfiteri ꝯtemnit: vt. xxxij. q. j. c. vlt. de ꝯſe. diſt. iiij. nō dubito.

d ¶ Sūt. Alij autē negāt. Dicunt em̄ ꝙ ſicut tribus modis deū offendimus. ſ. corde, ore, ⁊ opere, ita tribus modis ei ſatiſfaciēdū eſt. j. diſt. iij. perfecta. Unde dicūt tria hec eſſe neceſſaria: cordis ꝯtritionē, oris ꝯfeſſionē, ⁊ operis ſatiſfactionē. Authoritates autē q̄ dicūt peccatū dimitti ſola cordis ꝯtritione, aſſerūt ipſi intelligēdas eſſe cū articulus neceſſitatis excludit oris ꝯfeſſionem, ſcʒ cum aliquis conteritur et morte preuenitur, vel aliquo alio iuſto impedimēto hoc facere impeditur. † Alij dicūt, inter quos eſt P. mādücator, ꝯditionalē fieri remiſſionē per cordis cōtritionē. j. di. iij. ſane cauēdū. H. dicit ſola cordis contritione peccatū dimitti adulto cuilibet. j. e. magna. ſi ꝓ ſo cōteritur ⁊ ꝓponit ab alijs abſtinere ⁊ illud ꝯfiteri, ⁊ de illo ſatiſfacere ſm iudiciū eccleſie, etſi nunq; ſequatur oris confeſſio: ‡ vel operis ſatiſfactio: peccatū tamen iam dimiſſum nō redit, ſʒ peccat mortaliter ſi poteſt iuxta preceptum eccleſie ꝯfiteri ⁊ opere ſatiſfacere, ⁊ non ſatiſfacit. argu. j. de conſecra. diſt. iiij. non dubito. Authoritates q̄ dicunt ſine confeſſione ⁊ operis ſatiſfactione peccatum non dimitti, intelliguntur de interiori cōfeſſione, que eſt recognitio peccati vel propoſitum cōfitendi, vel gratia qua ſic homo diſponitur vt recognoſcat peccatū ſuum, ⁊ velit ꝯfiteri ſi locus ⁊ tēpus affuerit, ⁊ de interiore ſatiſfactione que eſt interior dolor ⁊ amaritudo anime: de qua habes. j. diſtinc. iij. et. j. eo. §. his authoritatibus. Hic autem agitur de exteriori: quia ipſa neceſſaria eſt ſi ad-

Contritio ſola an tollat peccatum.

† Arg. contra ſententiam. j. excō. a nobis. ij.

‡ De q̄ ſatis no. j. diſ. v. i ſūma. ibi omnino videas.